incarnationem dominicam ecclesiam scripturam sive utrumque dei populo
iudeo scilicet et gentili committitur sive iuxta anagogen dicitur plena figuris
ostenditur. Quae omnia dei populo antiquo iuxta litteram
solum intellegenda esse putabatur. Cum enim legimus in sacra scriptura
vel benignitatis Abel coronatum martyrio, Enoch translatum
de mundo, Noe pereunte mundo mirabiliter salvatum, hospita
litatem Loth et terminatas impiis sublimiter remuneratam.
Abraham merito oboedientiae patrem cunctarum gentium consti
tutum, Ioseph pro venditione merito castitatis et innocentiae
et templo sublimatum. Haec et huiusmodi innumera nobis in ex
emplum vivendi accipimus. Quod enim mensae quinque aureae
sive vestes domini stipantis propositionis adhuc in ministeriis templi nobis
et divinae litterae iuxta historicum sensum lavant nos et recte
vivendi et aeterna praemia a domino percipiendi aperiunt. Dicitur eadem
aliter intellegenter vel dispensationem dominicae incarnationis
vel aliaque libet sanctae ecclesiae sacramenta significare videmur
quasi aliter quinque mensas ad ponendos panes electionis et alimo
nia vitae spiritalis in dextera templi invenimus. Quia ecclesiam ipsa
verbi sacri et historicae novum omnino vulgus nos sapientiae
caelestis novos opere semper divinis agnoscimus. In qua pro
fecto figura et candelabris quinque sunt facta in templo. Cum
enim dixisset scriptura regem Salomonem fecisse mensas ... supe
quae ponerentur panes propositionis aureas adiunxit subsequens
XXIIII dicens: Et candelabra aurea quinque ad dexteram et quin
que ad sinistram contra oraculum ex auro purissimo et quasi lilii
flores et lucernas desuper aureas. Sicut enim mensae in templo secun